ut contra responsa sua uenirent que iudicabant; Non sub aliqua ueniae condicio-
ne suspensa, sed abrepta sententia terminata. tam ad penitentiam confu-
giunt dicentes, quis scit si penitebit deus & deprecabitur super malitiam quam lo-
cutus est ut faceret eis; Quod si homines barbari & inperiti tantum habere
potuerunt intellectum diuinae bonitatis; Nonne multo magis oport& qui
in diuinis litteris eruditi sumus & qui haec ipsa exempla percessisse non ig-
noramus; Multa quoque alia & diuinis scripturis similia, uel in sententiis uel in
rebus gestis didicimus contineri; Non enim inquid deus consilia mea sicut con-
silia uestra, nec uiae meae sicut uiae uestrae, sed quantum distat caelum
a terra tantum distant cogitationes meae a cogitationibus uestris
& consilia mea a consiliis uestris; Tum praeterea si nos famulos nostros qui
forte nos offenderint, cum promittunt se futuros esse meliores, recipimus
& ad priorem reuocamus locum, interdum uero & iam maiorem eis
post offensam ex reconciliatione fiduciam damus. Non multo ma-
gis nobis hoc faciat deus; Nam si propterea nos fecisset ut puniret & bene de-
sperares & dubitares de salute tua; Si uero propter bonitatem suam
tantum modo nos fecit, ut & seruis eius bonis & muneribus fruere-
mur. Ad quae omnia que agit ab initio seculi usque ad presentem tem-
pus, propterea agit & propterea mon& ut nos misericordia sua
salu& que ultra nobis desperandi, que ambigendi causa superit.
sed uehementer ais offendimus eum, ut nullus umquam hominum.
Propterea ergo maxime uelocius & uehementius satisfacere opor-
t& Et penitudinem gerere commissi & errore cedere ab his ac-
tibus quibus offenditur deus; Neque enim rectas & ingenuas mentes
ita offendit, quamuis grauissimi iniuria delicti, ut contemptus satis-
faciendi; peccare namque humanum est. permanere autem in pec-
catis diabolicum. Denique uide quomodo per prophetam hoc ma-
gis arguat deus quam illud. & dixi inquid postea quam meretri-
cata est. per haec omnia conuertere ad me & non est con-
uersa, & iterum alibi. & in his omnibus non est conuersus inor-
dinatus iuda; Sed adhuc manus excelsa. In aliis quoque postea
quam arguit delicta populi per prophetam & emendationem suam
promiserunt. Ostendens quam amabiliter conuersionem
suscipiat peccatorum dicit; Quis dabit talem esse cor eorum in eis ut
timeant me. & custodiant mandata mea omnibus diebus uite sue

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0375